

assumptus est de collegio fidelium quia fuit fidelis in viuendo. Unde sibi appropriare dicitur spiritum sanctum Apocal. iij. Esto si des usque ad mortem et dabo tibi coronam vite etc. Hec etiam assumptus est de collegio doctorum. Quia instanter predicare oportebat vel incubebat sibi. Unde cum venisset hierosolimam cum paulo ecclesia que erat ibi misit barnabam antiochiam ad docendum gentes et ibi adiunctus est saulo et per annum totum simul conuersati sunt in ecclesia et docuerunt turbam multam ut legitur act. xij.

Hec etiam assumptus est de collegio prophetarum quia fuit acutus in prouidendo secreta celestia et diuina ministeria. Nam legem euangelicam gentibus veraciter explanauit et errores contra fidem insurgentes uiliter expugnavit. Unde legitur Actuum xv. quod cum quidam iudei ad fidem conuersi dicerent quod non sufficeret ad salutem fides christi sine mopis etc. Barnabas et paulus uiliter resisterunt et constanter ueritatem euangelicam defenserunt et contra illorum errorem litteras ab apostolis impetrauerunt.

Secundo hoc sibi conueniebat ex parte modi quo electus fuit. In quo tria concurrunt que exprimentur ad debitam formam electionis. Quorum primum fuit deuota eligentium preparatio. Ideo premittebat ministrantibus illis et ieiunantibus. In quo uerbo ostenditur quod ministrabat populo in sollicita uerbi predicacione et ministrabat domino deuota oracione sed ieiunabat in ipse carnis afflictione et per diuine gratie impetracione. Secundum fuit diuina inspiracio que ad premissa exerciticia racionabiliter est secuta. Ideo subdit dicit spiritus sanctus. segregate michi etc. In quo uerbo aperte notatur diuina inspiracio quia spiritus sanctus dare non est aliud quam ipso rum sua influencia inspirare. Tercium fuit apostolica exhortacio. Unde anectitur quod apostoli orantes et imponentes eis manus dimiserunt eos. Et iste est rectus ordo ut primo spiritus sanctus mentes inspiret et extrinsecum collegium suam electionem celebret. In eodem etiam uerbo mystice inuitur quod eligendus in doctorem uel prelatum segregari debet a carne per uoluntariam mortificationem. Eccl. xlix. quasi ad sepe segregatus in carne. Et signat dicit quasi ad sepe segregatus a carne quia per hoc caro mortificat. Spiritus impinguat. Item debet esse sepe a mundo per fugam et elongationem. Ecce elongauit fugiens et mansi in solitudine. Item debet elongari a peccato per continuam reluctance in peccato. recedite recedite exire de medio eius. id est de

elinat ab omni infectione peccati et imunditie tegetis. id est infectione peccati consensum ne adhibueritis. Tercio hoc sibi conueniebat ex parte ministerii ad quod electus fuit. Quia ad ministerium diuinum. id est dicit spiritus sanctus. segregate michi. id est ad ministerium barnabam et paulum etc. Primo ut michi soli uiuant Phil. iij. michi uiuere christus est et mori lucrum. Secundo ut michi soli seruiat Mat. iij. Dominum deum tantum adorabis et illi soli serues. non uentri non carni non libidini. Tercio ut michi soli lucra acquirant. Bonus enim prelatus non querit res exteriores. aut sui et suorum. locupletacionem sed potius animas ad earum saluationem. Choz. i. Non enim quero uisum sed uos. Diabolus enim non querit res ad possidendum sed solum animas ad perdendum. nisi sibi competat illud Gen. xliij. Da michi aias cetera tolle tibi. Et quo relinquit quod malus prelatus uidetur esse peior diabolo qui et res tollit exteriores quibus uiuere et cum hoc animas subditorum malo suo exemplo occidit.

lxxxv. De Corpore Christi Sermo.

Debet seipsum homo et sic de pane illo edat. Choz. xi. In uerbis istis circa sacramentum domini a corporis duo inueniuntur notanda. Primum est qualitas nostre preparationis quod notatur in eo quod dicitur. Debet autem seipsum homo preparare. ex aminet. purgare iuxta illud. Preparate corda uestra domino etc. Regum vij. Secundum est modus preparationis quod notatur in eo quod additur et sic de pane illo edat sic tali modo ut sequitur. Quamuis ad primum sciendum quod sunt precipue preparatio ad sumendum digne corpus domini. Primum preparamentum est fidei plenitudo. Hebre. xi. Accedamus cum uero corde in plenitudine fidei cum uero sine errore in plenitudine fidei in pleno fidei credentes que non uidemus scilicet in specie panis totum christum uerum hominem et uerum christum. Propter huius fidei magnum meritum. prima De. i. Credentes in christum quoniam non uideris et letabilis leticia inenarrabilis. Secundum preparamentum est magnitudo misericordie. Quia congruum est ut sit uas mundum suscepturum mundissimum. Exo. xv. Vase